

1. Ant. VIII. c

O- MI-NUS \* di-xit ad me: Fí-li-us me- us es tu,  
e-gó di-e gé-nú-i te. Eu o u a e.

Psalmus 2

**Q**UARE fremuérunt Gentes, \*  
et pópuli meditáti sunt iná-nia?

Astiterunt reges terræ, et prín-cipes convenérunt in unum \* ad-vérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum: \* et projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridébit eos: \* et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, \* et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem san-

ctum ejus, \* prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: \* Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, et dabo tibi Gentes hereditátem tuam, \* et pos-sessióнем tuam térmilos terræ.

Reges eos in virga férrea, \* et tamquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc, reges, intelligite: \* eru-dímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre: \* et exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam, ne-quando irascátur Dóminus, \* et pereáatis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, \* beáti omnes qui confidunt in eo.

Glória Patri.

Le Seigneur m'a dit : Tu es mon fils, aujourd'hui je t'ai engendré.

Ps. 2, 7

In nativitate Domini, in I nocturno

Nocturnale Romanum, 2002, p. 159, p. 200

Paléographie musicale, 1992 : Antiphonaire de Hartker - Manuscrits de Saint Gall 390-391, p. 44